



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Doctoris titul. ab eo Riccio datus, mansit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

rum neminem vel digito pulsare. Prima Ricci de cœlo merces fuit Pechini stationis; fuit illustris Mandarini ad Deum conuersio: nomen illius Fummocamus; Magistratus, cognitio capitalium causarum, in administratione Provinciæ Huguanenhs; virtutes, animus ab alieno tam abstinent, ut de suo pauperibus, viduis, & miseris adfaret; totu bono intentus publico, omnium parens præterquam improborum, p[er] ceteris tamen iuris, & æqui magnanimus, & inclinabilis defensor. Igitur Eunuchi, Provinciam illam contributionum nomine spoliavit, violentas deprædationes, cum Magistratus alij tacite gementes; ipsu non tulit & certus periculi quod extreum subiicit, publico latroni fortiter obstat, quare ad Regem auaritia æstuantem ab auarissimo, & rapacissimo exactore delatus, præcipitato mox Rescripto dato in compedes, Pechinum deportatur, indefensus, a que inauditus crudeliter cæditur, & in probrolum conicitur ac perpetuum carcere. E contrario Provincia Huguanensis, ignominioso carcere detenti vitam egregiam continua præstantium operum serie contextam in lucem edidit, & prosecuta est illius virtutem priuatis altaribus, suffitu, funeribus, imaginibus, templis, & statua, omnique gloriose memorie monumento. Huic viro statim Pechinum ut appulit, nihil fuit antiquis alloquo Ricci, ut experiretur sati' is famæ commendationem ipsa impleret: has vero sermonis breuissimi, horæ vix viuis angustia, dum vixit felices habuit & memorabiles; et si enim virtutum Sinensium (quæ ad veram virtutem rudimenta sunt quædam & habilitates) semper numeros omnes esset consecutus; sed ubi Riccius avdiuit, & officiis virtutum supra metas naturæ positis; visus est sibi & nasci de novo, & tunc primum hominem vivere, iunctusque illi est artissima necessitudinis nexus tam intimo, ut veterum annotum amicitia credetur, cuius ipse studio ita postea semper artit, ut quicquid Riccius tangaret, id sua qua multum pollebat gratia, auctoritate, prudentia, literis, precibus apud Mandarinos, velut rem propriam vigeret. Ricci opera quæcumque nancisci poruit, edidit suo ære, cum excelsa auctoris prædicatione; Doctoris nomen primus Riccio tribuit, quod illi tametsi multorum Examinum tormento parctur, sed Fummo cami auctoritas, atque integritas tam tamum illi ac debitum fecit, nemo ut Riccius exinde nisi Doctoris titulo appellari. Verum hanc illi egregiam benevolentiam haud paulò vberius rependit Riccius, cum eum agitatione veri Dei ad æternam salutem comparauit. Narrator de hoc viro, unum iam inde à puero percepsisse Deum; abhoruisse à multitudine Deorum, & eorum cultum, Ministros, Scitatores, dæmone peius exsecratum; post verò adultum, ex Sinensibus Scripturis collegisse, quæcumque illius Cœli Domini, quem vocabant, naturam maiestatemque assererent; quæ cum accepto in carcere Riccius Catechismo, inexpugnabili rationum momento legisset roborata; stylu manu illico admovit, scripsitque liberam idolorum derestationem, cum encomio fidei Christianæ catechismo Riccius præfigendam. Cuius deinceps fidei

^{80.}
Ethnicimandar. fortiss.
æquitas.

Doctoris titul. ab eo
Riccio datus, manuit.

sacerdos sanctæ propria exploratione , & Riccius literis securus , iam catechumenus , Salvatoris venerabatur effigiem dono sibi à Riccio datam ; qui vniuersam eius familiam sacro fonte lastrauit , eratque ipsum lustratus nisi continuis Mandatinorum precibus educatum ē carcere , Pechino abire dura necessitas coegeret : triduum quo definitus est illius discessus vix in mutuas suffecit Literatorum salutations quare Nanchinum Patribus mandauit Riccius , baptismo illum expiatent ; sed videre illos non potuit , nam malis confectus , catechumenus obiit . Miltos alios Riccius homines acutos , in eandem induxerat mentem , nam eorum non nemo cum laude narrabat quicunque à quo quis inficeretur sermo , defleSSI ab eo consueuisse absque sensu , in salutem animæ , & in Deum , cuius ipse notitia & amore plenus , implere omnes satagebat ; sed terrebat viam Dei edocentes proboque persuasos scopolus , quem suscipienda prolixi falsa necessitas obiecerat insuperabilem , & viuis vxoris , ablegatis ad suos aliis retinendæ ; subducebant exin sacris vndis caput , quas flagitaturi aduenierant ; suspiciebant legis Christianæ sanctimoniam sublimem ; & cum familias ad Patrem tingendas adducerent , eaturumque adesse lustrationibus , inuidebant iis bonum cum gemitu quod sibi negabant , vel differebant in euentus nunquam forte cernendos , susceptra prelis , & defunctatum vxorum . Fuit in iis qui cum familia sacris initia Christianis , Hanceum patriam Pechino reuersus Catechismum Riccius denuo edidit suo sumptu , & quam multis posuit exemplis latissimè vulgavit , certò ut erat cordati celsique ingenij , persuasus neminem fore iudicio præditum quem eius doctrina non adiceret legi Christianæ , cuius interea professionem miser , vxoribus multis implicitus in longinquos mittebat , & incertos casus . Atque ex his iam erebris , iam deinceps con clam , & dissimulanter sed palam in aula theatro editis procurandæ salutis aliena documentis ; delice suspeçum habere Riccius Mandatini omnes , & publicæ rei supremi Senatores , & indubitanter grandi cum laude generositatis & sanctimoniae , ab iis statui cœp . um , contempta opum , honoris , & Mandatinus tam nobili per immensa laborum , & discriminum maria , literarum Sinensium ludores conatusque aduersantium crudeles , viam ab eo quæsitam , adamata & votis supplicibus petitam Pechinum , ut Dei sui venerationem legemque stabiliret : quod eos virtutis admiratione stapefecit , & suspicionibus discussis , tranquilo gudio serenauit .

Sed longè aliter eadem ex causa Mandatinorum quandam manipulum affecit , iurati olim Confusij desertorem , à quo iubentur Literati Dominum cœli agnoscere , aut si minus illum comprehendant abstine-re saltē ab eo negando ; at hi transfugæ ad idoia ; multotum depra-vatione cum sectam augerent , intabescerant scilicet Riccius propteris a quo sectam suam disputationibus & libris subiui erubebant , & impunitatis ac dementiæ damnavi . Fœderatis ergo in defensionem libuit tentare Riccius querela , & conditione pacis cum illo inca-

81.
In conuer-
anim. Ric-
cius lab. cum
plaufu.

Frustra illi
obsistit ido-
latrae.

E c 2